BIBLIA LATINA (TEILBIBEL)
Österreich, Anfang 13. Jh.
Seite 72v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui diceret. Boues arabant & asine pascebant iuxta eos: & irruerunt sabei
ac tulerunt omnia. & pueros percusserunt gladio: & euasi ego solus ut nuncia
rem tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur: uenit alter & dixit. Ignis dei
cecidit de celo & tactas oues puerosq; consumpsit: & effugi ego solus ut
nunciarem t. S; & illo adhuc loquente: uenit alter & dixit. Chaldei fe
cerunt tres turmas. & inuaserunt camelos & tulerunt eos. nec n & pueros
percusserunt gladio: & ego fugi solus ut nunciarem t. Loquebatur ille: &
ecce alius intrauit & dixit. Filius tuus & filiabus uescentibus & bibentibus uinum
in domo fratris sui primogeniti: repente uentus uehemens irruit a regione
deserti & concussit quatuor angulos domus: que corruens obpressit
liberos tuos & mortui s: & effugi ego solus ut nunciarem t. Tunc surre
xit Job & scidit tunicam suam: & tonso capite corruens in terram adorauit &
dixit. Nudus egressus sum de utero matris mee: nudus reuertar illuc.
Dns dedit dns abstulit. sicut dno placuit ita factum est: sit nomen dni benedictum.
In omnibus his Job labiis suis: neq; stultum quid contra deum locutus e.

Factum est autem cum quadam die uenissent filii dei & starent coram dno:
uenisset quoq; Satan inter eos & staret in conspectu eius: ut diceret dns
ad Satan. Unde uenis. Qui respondit. Circuiui terram: & perambulaui
eam. & dixit dns ad eum. Numquid considerasti seruum meum Job. quod non sit ei si
milis in terra: uir simplex & rectus & timens deum. ac recedens a malo:
& adhuc retinens innocentiam. Tu autem commouisti me aduersum eum: ut
affligerem illum frustra. Cui respondens Satan ait. Pellem pro pelle: & cunc
ta que habet homo dabit pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam &
tange oss eius & carnem: & tunc uidebis quod in faciem benedicat t. Dixit g
dns ad Satan. Ecce in manu tua e: uerumtamen animam illius serua. Egressus
igitur Satan a facie dni percussit Job ulcere pessimo: a planta pedis usq; ad
uerticem eius. Qui testa saniem deradebat: sedens in sterquilinio. Dixit
autem illi uxor sua. Adhuc permanes in simplicitate tua. Benedic deo &